



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

10. De oblatione in altari componenda

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](#)

dexterum leuat humerum , vt expeditū
se terrenis affectibus esse demonstret ad
euangelizandum . Eadem quoque ratio-
ne & diaconi cùm legunt, planetam tan-
stùm id sinistro humero ponere vidētur.
Item Romanus ordo præcipit vt incen-
sum semper præcedat Euangelium, cùm
ad altare sive in ambonem portatur : nō
autem concedit, vt oblatio in altari thuri
ficeretur. quod & Amalarius in prologo li-
bri sui de officijs , Romanos deuitare fa-
tetur; quamuis modo à pluribus, imò pe-
nè ab omnibus usurpetur.

15 *De oblatione in altari componenda,*

C A P. X.

FI N I T O Euangelio statim est offerē-
dum, dum & offerenda canitur , quæ no-
men de oblatione mutauit. Nam ordine
præpostero deinceps offertur , postquam
in altari proposita oblatione sacerdos po-
pulum hortatur ad orandū. Sanctus Ale-
xander Papa quintus à beato Petro con-
stituit, vt panis tantum & vinū aqua mix-
tum in sacrificio domini offeratur , quia
de latere domini sanguis & aqua simul
profluxerunt. vnde Sanctus Cyprianus,
An

1 profuxit.
Cyprianus epie-
stola ad Conci-
lium de sacra-
mento calicis.

An calice , inquit , Dominico aqua vino
deesse nō debet , ne populus , qui per aquā
iuxta Apocalypsin significatur , à Christo
separatus esse videatur . Ita autem iuxta

Romanum ordinem in altari componens

Oblatam vocat da sunt , vt oblatæ in corporali posita , calix
hostiam .

ad dextrum latus oblatæ ponatur , quasi
sanguiné Domini suscepturnus quem de
latere Dominico profluxisse credimus .

Nam oblatam siue panē in verum Chri-

Vera conuersio
panis & vini in
corpus & san-
guiné Christi .

minicum conuerti non dubitamus . Soli

autē presbyteri , dum sine ministris offe-
runt , deposita oblatæ in altari patinam

abscondere sub corporali , & fortasse ideo

quia iuxta ordinē Acolitus debet eā te-
nere inuolutā inter sacrificandū . Coope-

ritur quoque calix , non tam causa myste-
rij quām cautelæ , vsque dū finito Cano-

ne dicitur : Oremus præceptis salutaribus

moniti . Discooperitur tādem , dum leua-
tur : vbi dicitur , Accepit & hūc præclarū

calicem : & ibi , Per ipsum & cum ipso . &

hoc fortasse ideo , quia cautiūs leuatū si-
ne operimento , quām coopertus .

Quid super oblatione sit dicendū , C A P . XI .

C O M P O S I T A autem oblatione in

alta-